Оссолінсъкі колекції.

CD – диск виконано в рамах угоди укладеної з квітня 2004 р. між Львівською науковою бібліотекою НАН України у Львові і Національним Закладом ім. Оссолінських у Вроцлаві.

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 141.

ZBIÓR ALEKSANDRA CZOŁOWSKIEGO

DZIAŁ (OPYS) II

779. Papiery rodzinno-majątkowe Aleksandra Wielowiejskiego. 1784-1826.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

254

Wielowiejski

Nrus 3093

praes. 13 Aug 1797

ad

Excelsum Tribunal

Supplex Libellus

Alexandri Wielowiejski Reversales intabulari petens

P

Praesens Exhibitum in toto restituit ex ratione quod Reversales deficiendo his in Oris majori pro Parte Anni Domicilio circa allegatae Tabularibus requisitis careant. Decreto ex Sess: C. R. Fori Nob: Leopol. die 1 Xbris 1797.

Joannes Hettischer
loco Actuarii

Excelsum Cae. Reg. in Regnis Galliciae et Lodomeriae
Forum Nobilium Ple.

Adnexum Reversale, super Sponsum à me in his Regnis Domicilium, eo magis suscipere supplico, quo certius me in Servitiis Castorum Reipublicae Poloniae occupatum, modo pridie de negotio tam valido ad exequendum Patentali dto. praescripto, notitiam recepisse. Signatum Zborczyce d. 30. Julii 784.

A. Witowiński

mp

Pres. 13. augus. 1704.
N. CCCXCIII.
393.

Per Posram

J C Ben

Ego infrascriptus Bonorum Zborczyce in Circulo Bochnensi post fata Patris mei Hæres præsentibus ad mentem Patentalium d<u>tto</u> recognosco, quatenus non obstante eo, quod majori in Regno Reipublicæ Poloniæ Possessione gaudeo, Domicilium mihi in Galicia in propriis nimirum Zborczyce Bonis per Semi Annum, seu per sex Menses rite eligo, in cujus majorem Nobilis Sponsionis Fidem id Reversale desuper exhibitum manu propria subscribo, et Sigillo Gentilitio corroboro. ——

Signatt in Zborczyce Die 30ma Julii 784.

Alexander Wielowiejski mpp

Prod: 13. aug: 1784. A.
N: CCCXCIII.

Wielowieyski 6

SECHS-KREUTZER L

Excelsum Judicium

A.

Alexander Wielowieyski bonorum Zborczyce in Circulo Bochnensi sitorum, teste Libro Dom. 9. pag. 445. Dominus, mortuus est in Galicia occidentali bonis Aaa die 6. Decembris 1734. adeoque adhuc sub regimine Polono probante Testimonio mortis sub A. —

Non est opus uberrima Deductione quod stante Republica Polona hæreditates per Judicem non pertractabantur prout apud nos legis est, non vigebant itaque Declarationes hæredum et Decreta adituto hæreditatis, hinc ex illo tempore nec potest exigi ut Decreto Judicis competentis probetur cui post Alexandrum Wielowieyski hæreditas addita fuerit — sufficit nonnisi si probetur quos hæredes legitimos Alexander Wielowieyski dereliquerit, quia juxta legem Polonam Vol: I. A 1510 f. 369. titulus de Testamentis, nemo sub nullitate de bonis immobilibus testari potuerat sed relate ad bona immobilia semper nonnisi successores ab intestato idque ex descendentibus soli filij in bona paterna concurrebant, filiæ vero tantum $\frac{1}{4}$ partem hæreditatis in parato ære accipiebant, docente id Lege

polona

Polonia de Anno 1347. Vol: I. folio 38 titulo De virginum Desponsatione —

His itaque praemissis probatur Extractu authentico ex actis castrensibus Cracoviensibus depromto et debite legalisato ut B.

B:

quod Alexander Wielowieyski reliquerit descendentes haeredes suos justa legem Polonam legitimos Adamum filium, tum filias Ludovicam, Susannam et Carolinam —

id quoque probatur Extractu authentico ex Actis terrestribus Cracoviensibus debite legalisato ut C: quo mediante contestatur

C:

Paulum Gregorium binominis Ludovicum Ernestum binominis Wielowieyskie et Theodoram de Wielowieyskie Principem Woroniecka fuisse Adami de Wielkawies Wielowieyski proles et Alexandri Wielowieyski nepotes — hinc nulli dubio subjacet, quod Adamus Wielowieyski fuerit filius Alexandri Wielowieyski qui justa legem Polonam omnia bona immobilia post patrem suum adeoque et dicta bona Zborczyce haereditavit — Tali ratione probatur.

I Jus Dominij bonorum Zborczyce ex re Alexandri Wielowieyski in Adamum Wielowieyski devenisse — porro —

Eodem supradicto Extractu authentico C: probatur quod Adamus Wielowieyski qui docente Testimonio mortis die 7. Aprilis 1783. mortuus est ut D: reliquerit

D:

filios

SECHS-KREUTZER L.

13

filios Paulum Gregorium binominem Ludovicum Ernestum binominem Wielowieyskie et filiam Theodoram, qui filij juxta supracitatam legem Polonam Jure hæreditario post patrem suum bona Zborczyce in Dominium per se quæsiverunt — Tali itaque ratione probatur —

II. Jus Dominij bonorum Zborczyce successive translatum ex re adami Wielowieyski in ejus filios Paulum Gregorium binomin: et Ludovicum Ernestum binominem Wielowieyskie. — Omnes itaque hi hæredes adami Wielowieyski utpote Paulus Gregorius binominis Ludovicus Ernestus binominis Wielowieyskie soli per se tum Theodora de Wielowieyskie Princeps Woroniecka per

E. suum ut E: debite authorisatum Plenipotentem Stanislaum Zabłocki; Transactio

F. ne dd^o 11. Junij 805. inita ut F. hæreditatem paternam inter se diviserunt ita ut bona Zborczyce in Circulo Bochnensi sita Jure Dominij Ludovico Wielowieyski obtegerint. — Hic Ludovicus Wielowieyski factus taliter solus Dominus bonorum Zborczyce hæce bona Contractu Empti venditi

G. dd^o 15. Septembr 825. ut G: DD Mathio et Barbaræ Cgbus Koscowicz vendidit. Hic antepositis Cges Koscowicze sine ullo dubio pro dominis quæstionis bonorum intabulari possunt — Etenim

1°

1. Deduxerunt anteactos proprietarios horum bonorum Alexandrum et Adamum Wielowieyskie vigentibus adhuc legibus antiquis Poloniæ mortuos casum itaque successionis in eorum hæreditatem juxta dictas antiquas leges Polonas resolvendum esse —

2. Probarunt Successionem Adami Wielowieyski in hæreditatem Alexandri Wielowieyski (Caroli vero & Ludovici Wielowieyskie) tum Theodoræ de Wielowieyskie Ojnus Woroniecka in hæreditatem Adami Wielowieyski in disserta lege Polona antiqua. Jura Domini vero Ludovici Wielowieyski sui cedentis ad bona Zborczyce in Transactione F. fundata esse —

3 Descendentiam omnium harum personarum ab Alexandro Wielowieyski qui qua Dominus bonorum Zborczyce intabulatus conspicitur, probarunt Contestationibus ex actis terrestribus et Castrensibus Cracoviensibus depromptis, præscripta Legalisatione munitis, quæ Contestationes plenam eatenus fidem tribuunt, utpote juxta leges Polonas omnes Transactiones Divisiones Substantiæ et alij actus ad acquirendum bonorum immobilium Dominium tendentes, tantum coram actis terrestribus et castrensibus ut valerent recognosci poterant — acta itaque hoc locum

nostra

nostra Tabulæ Regiæ tenentiæ omnino sunt qualificata ad deducenda et probanda Jura hæreditaria et Dominij alicui ad bona immobilia competentia — Documenta itaque B: C: sunt vi § 180. Cod. Jud: Documenta publica per se Tabularum capacia —

His itaque præmissis DD. Mathias & Barbara Cges Kossowicze emptores, tum Ludovicus Wielowieyski vendens Excelso Judicio humillime supplicant Tabulæ Regiæ demandari —

1. ut in fundamento Extractuum authenticorum B. C. ex actis terrestribus et castrensibus Cracoviensibus prævie ingrossandorum Adamum Wielowieyski et per caput ejus Paulum Gregorium binomin: Ludovicum Ernestum binom: Wielowieyskie et Theodoram de Wielowieyskie Ppem Woroniecka — jam autem in fundamento Plenipotentiæ E: per Theodoram Ppem Woroniecka in rem Stanislai Zablocki datæ prævie ingrossandæ tum Transactionis Divisorialis F: quoque ingrossandæ solum Ludovicum Wielowieyski; nec non in fundamento Contractus Empti venditi G: pariter ingrossandi Supplicantes Mathiam et Barbaram Cges Kossowicze pro Dominis

directis

diritis et utilibus bonorum Zborczyce
Dom. 9. pag 445. intabulet, aut saltem
ad eventum docendae habilitatis bona ter-
restria possidendi, praenotet —

2. In quantum vero citra omnem spem
concedendae intabulationi in fundamento
Documentorum B. C. non obstantibus
supradictis motivis quidquam obstare
videretur tunc saltem Mathiam et Barba-
ram Cges Kossowicz pro Dominis quae-
stionis bonorum Zborczyce praenotandos
erga futuram justificationem decerni
supplicatur —

De futura Resolutione Paulus Gregorius
binominis Wielowieyski, Ludovicus Erne-
stus binominis Wielowieyski, et Theodo-
ra de Wielowieyskie Ppes Woroniecka
de Domicilio ignoti per Edicta et Curato-
rem informentur —

H Plenipotentia sub H.

per ordinarium pastorem extraditum, sub E. Extractum authenticum plenipotentiae per Theodoram de Wielowieyskie Ducissa Woroniecka in personam Stanislai Zabłocki coram actis terrestribus Cracoviensis de 11ma Junii 805 recognitae, dein sub F actum exdivisionis substantiae post olim Adamum Wielowieyski relictae inter ejus proles ut pote Paulum Gregorium binom. et Ludovicum Ernestum binom. Wielopolski filios nec non Stanislaum Zabłocki nomine Theodorae de Wielowieyskie Ducissae Woroniecka filiae vigore supra fatae sub E. plenipotentiae agentem, in Lubcza de 11ma Junii 805 conditum, quo mediante bona haec Zborczyce Ludovico Wielowieyski jure proprietatis obtigerunt; tandem sub G contractum Empti Venditi inter mox fatum DD Ludovicum Wielowieyski qua ultimum bonorum Zborczyce proprietarium vendentem tum supplicantes Mathiam et Barbaram Kossowicze conjuges emen- tes ratione praefatorum bonorum Zborczyce de 15ta 7bris 825 in Podgorze celebratum inscribit. atque in fundamento horum documentorum supplicantes DD Mathiam et Barbaram Kossowicze cons. pro proprietariis eorundem bonorum Zborczyce ob non probatam ad mentem patentalis de 30ma 9bris 814 habilitatem bona terrestria possidendi solum praenotet cum clausula; quod praenotatio haec relate ad tabularem possessionem eousque effectum non habebit, donec se supplicantes in spatio unius anni sex septimanarum et trium dierum ad Regnum ordinate habilitaverint.

Decretum in Consil. C. R. Fori Nobil: Leopoli die 12ma Junii 826.

Sternburger

80 A 819 | Pres. 28 Aprilis 826

10993

8 Ad

14

Ordinatur Tabulae Regni productis documenta, et quidem sub A originale documentum sepulturae Alexandri Wielowieyski die 6ta Xbris 734 in Wielkonoc sepulti, ibidem per pastorem ordinarium loci die 11a 7bris 803 editum, sub B Extractum authenticum de anno 1735 ex actis Castrensibus Cracoviensibus depromptum, quo probatur mox fatum Alexandrum Wielowieyski reliquisse proles succedentes Adamum filium et Ludovicam Susannam atque Carolinam filias sub C similem Extractum ex actis terrestribus Cracoviensibus de 29a Martii 803 comprobandum quod Paulus Gregorius binomis et Ludovicus Ernestus binomis Wielowieyskie atque Theodora de Wielowieyskie Spsa Woroniecka fuerunt Adami Wielowieyski proles, et Alexandri Wielowieyski nepotes sub D. originale Testimonium sepulturae Adami Wielowieyski die 7ma April 1783 mortui in simplo cum Rub.

prof. R Tabulae

R 24279

Tabulare Circuli Bochnensis

Ad

Excelsum C. R. Forum Nobilium Leopoliense

DD Mathias et Barbara Cges Kossowscze Emptores et Ludovicus Wielowieyski venders

Erga informandos

DD Paulum Gregorium binominem Ludovicum Ernestum binominem Wielowieyskie tum Theodoram de Wielowieyskie Spsa Woroniecka de domicilio ignotos per Edicta et Curatorem

Mathiam et Barbaram Cges Kossowscze pro Dominis bonorum Zborczyce intabulandos aut saltem pro notandos decerni supplicant

P. T. H.

47.

1441.

1441

29 April. 826

84.

ad Nro 37226 praes. 5. Nbris 838 Wielowiejski.

7085.

Circuli Bochnensis

Com

locum non indicari — ass

Teste Libro Dom. 29. p. 448. n. 5. haer.

Ex Decreto addictae post Josephum Wielowiejski relictae haereditatis per Forum Tarnoviense die 16. 8bris 822 edito

Joanna et Paulina

Wielowiejskie

pro proprietariis bonor: Trzemesna cum atts Poręba et Łęki — intabulatae sunt. — et

ut p. 449. n. 6. haer.

Conformiter Requisitioni Cli. Fori Nobil Tarnoviens die 12. 8bris 831 No 7258 factae, in fundamento Codicilli die 7. martii 830 et 29. Aprilis 831 conditi, in statu activo Sortium bonor: Trzemesna cum attinen adnotatum habetur: haereditatem post pr defunctam ab intestato Joannam de Wielowiejskie Ledóchowska salvis iisdem Codicillis in praefato Foro Nobil pertractari. —

Caeterum ut n. 7. haer. adnotata habetur negativa resolutio ad Nrum 32905/831 hic in N. 14055/832 adjacenti, adcludum. —

Habilitas Alexandri Mietkowski bona terrestria possidendi directe probata non est. —

Legi Vimy

Janowicz

Pretium

102000 fl ex Junio 1774 / z ...

Wielowiejski 8

N. 32905
4954. praes: 20. Xbris 831

Circuli Bochnensi

Comin: Lib: Dom 29. pag. 448. n 5 ha.

Ad requisitionem C.R. Fori Nob. Tarnovien: Nro 16. 8bris 822 ad decreto addita post Josephum Wielowiejski relictae hereditatis per idem Forum 16 8bris 822 attributo Joannam et Paulinam Wielowiejskie defuncti filias pro proprietariis bonorum Trzemesna cum attinens Porzba et Łęki intabulatas esse.

ad 6 Nro 28529 C.R. Forum Tarnoviense requisivit ut post Joannam 831. de Wielowiejskie Ledóchowska in statu activo eorundem bonorum pertractatio hereditatis adnotetur. qui Nrus nondum ad Tabulas rediit — porro

Lib: Dom: 29. pag 449. n on. 7.

Summam 70929. fnol. per Josephum Wielowiejski pro ee Marianna de Morskowski Wielowiejska inscriptam super bonis Trzemeśnia assecuratam et non esse oneratam

Legi Jakubowicz

Jankiewicz

95 resol. negativam 40317
837
ad 227 p. 9 n. 12. in adnotatam.

Hofmann

Wielowiejski

15 KREUZER

Copia ex actis ad Nm 40317 pr. 30 Decembris 837.

forum Tarnoviense requirit praecedenti ejus Notae dto 31 Augusti 837. ad N 10713 deferre, adcludendo originale testamentum Theresiae LB Baron Stein.

C

Tabulis regiis demandatur: ut in sequelam requisitionis CR. fori Nobilium Tarnoviensis qua hereditatem post Theresiam LB. Stein pertractantis, dt 31 Augusti 837. ad N. 10713. dt 5. Decembris 837 ad N 15595 horsum directa, ex puncto primo testamenti dt 2. Julii 831 conditi, de praecedenti LBruts 372 p. 28. ingrossati, in originali adjacentis et ex decreto additae hereditatis dto 24. Maii 837 ad Nm 5328 edito, libris tabularibus praevie ingrossando, Gemilianam LB a Stein pro proprietaria bonorum Krzyszkowice in statu eorundem activo intabulet, et ex iisdem documentis Albertinam LB a Stein pro proprietaria unius medietatis bonorum Kobierzyn in statu eorundem activo intabulet. Cum hereditas materna quinque ejus prolibus addicta est, juxta testamentum salvis legatis, et testatrix uni filiae bona Krzyszkowice et alteri medietatem boni Kobierzyn inscripsit. – De quo Inclyto cr. foro Nobilium erga adclusionem allegatorum utriusque Notae reciminatur, cum eo, quod requisitioni, quatenus Albertina LB. Stein pro proprietaria integrorum bonorum Kobierzyn respective quoque alterius medietatis eorundem intabuletur: et hoc effectuato, Vladislaus LB. Wielowiejski pro proprietario unius medietatis bonorum Kobierzyn intabuletur, – satisfieri non posse;

quia in complanatione inter Successores Theresiae LBron stein et Vladislaum Wielowiejski d 1 Maii 837 in Krzyszkowice conclusa, et in parte judicii delegati m. m. qua Instantiae pupillaris Guilhelmineae et Albertinae Baron Stein approbata, non legitur, ut integra bona Kobierzyn Albertinae LB. Stein cessa essent, et quidem cum clausula effectuandae intabulationis ad nomen solius mediatae cohaeredis, quare eadem intabulari potest, pro proprietaria nisi medietatis horum bonorum, quam ipsi testatrix legavit; quod attinet medietatem eorundem bonorum praefata complanatione puncto 1. Ladislao LB. Wielowiejski resignatam; hac medietas a priori, quam testatrix filiae Albertinae legavit, diversa, illa esse videtur, quam defuncta mater eadem integrorum bonorum Kobierzyn solidaria proprietaria tabularis puncto 14. testamenti Ladislai LB. Wielowiejski propriam, agnovit; hujus autem ad nomen Ladislai LB Wielowiejski intabulationi obstat; quod specialis plenipotentia ex parte Eugenii et Caroli LB Stein ad ineundam praefatam complanationem Aloysio Spitzer data, sub C. producta, non in originali, quale tamen ingrossari deberet, sed in copia allegetur; quodve subscriptio Caroli LB. Stein juxta decretum aul: d 29. Augusti 818 legalisata non sit. Denique non intabulato Vladislao LB Wielowiejski etiam intabulationi super illius acsi Ladislai LB Wielowiejski medietate bonorum Kobierzyn obligationis de pretio licitati restantem quotam 3007 fr 49 kr cm atque omnes adhuc

— restantes

10

unioras jauficandi, pro re Alberling LB. Stein requisita locus dari non potest. — De quo etiam Ladislaus LBron Wielowiejski et cr. judicium del. mil. m. Galiciense abhinc informatur —

Relatum Leopoli die 16 Januarii ~~837~~ 838.

dep. Michaelik. Cellgering   pro Dr. Hofman pag 3/95

A

Wielowiejski

ad N. 24088. / 4322. praes: 15. augusti 1835. circ: Janocensis

Commem: In libro instr. 85. pag. 86. n. 1. on. ut dom: 29. pag. 430. n. 10. on. Ex decreto gubernali 20. novembris 1818 edito, obligationem solvendarum taxarum detractus ab haereditate post olim Josephum Wielowiejski relicta per ejus haeredes Joannam et Paulinam Wielowiejskie extra haec regna Cracoviae degentes summo Erario obvenientium, super bonis Trzemesna, Borzecin, Zglobice et Bialy tum medietate silvae Slonik; atque super summa 2465 fl. 5 gr. ut dom. 82. p. 382. n. 20. on. haerente intabulatam esse et non esse oneratam.

sub N. 20997. praes: 16 julii 1835. D. Adamus comes Ozarowski suo et mandatario nomine Francisci comitis Ozarowski, tum Sophia Ozarowska petunt ex instrumentis ABC. dominum Franciscum comitem Ozarowski et Sophiam de comitibus Skorzewski comitem Ozarowska pro proprietariis summarum unius 2465 fl. pol. 5 gr. seu minoris 2178 fl. pol. 24 gr. 37½ gr. unius unius, tum alterius fl. 2465 fl. pol. 5 gr. more Mariannae de Niezgodzkie comitis Ozarowska intabulatarum in statu passivo bonorum Zarzecza cum attinentiis et Zwiernicz intabulari aut praenotari.

Kuleczycki.

[signature]

SECHS-KREUTZER L.

Pres. 28 Aprilis 826

10993

Tabulare Circ: Bochnensis

Ad

Excelsum C. R. Forum Nobill. Leopoliense

DDni Mathias Barbara Conges Krosowicze emptores et Ludovicus Wielowieyski vendens —

erga informandos

DD Paulum Gregorium binom Ludovicum Ernestum binom Wielowieyskie tum Theodoram de Wielowieyskie Sypem Worowiecka de domicilio ignotos per Edicta et Curatorem —

Mathiam et Barbaram Conges Krosowicze pro dominis bonor Zborczyce intabulandos aut saltem praenotandos decerni supplicant —

P. T. etc.

In simplo cum Rubris

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :

DIGITAL – CENTER

ul. Krzemowa 1
62-002 Suchy Las
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.